



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

272.

Q. B. F. Q. E.

De 28,

# Distinctione Juris Naturæ & Gentium,

primo different

M. CHRISTIANUS WILHELMUS  
LOESCHERUS,

&

VALENTINUS Krausold / Martisburg.

S.S. Theol. Stud.

Ad D. XIII. Maji c13 13c XCIX.

---

WITTENBERGAE,  
Typis CHRISTIANI KREUSIGII, Acad. Typogr.





## C. D. E. A. G.

### §. I.

**E**X quo pravā deliberatione ad juris & æqui prudentiam animum applicui, id ausurus, quod summo olim Viro *Andrea Hyperio de Rat. Stud. Theol. L. IV. C. 6.* & factu visum est impossibile, ut diviniorem sapientiam cum Civili copularem, nil magis pensi habendum duxi, quam ut quoad possem ac liceret, in cœpto studiorum cursu ordinis observans essem, quo prælucente Methodo, impeditiſſimum iter hoc rectius citiusque absolverem, more ac artificio *Baldi*, qui cum ætatem in Scholis Philosophorum trivisset, jamque grandior natu docentem *Barrolo* adjungeret, ab eoque acriori hac objurgatione exciperetur: *Nimum o Barch. arduus venis*, respondisse fertur: *Memini, ideoque celerius me absolvam.* Quamquam enim in vasto juris æqvore, certum adeo cursum teneri posse, sint, qui dubitant, eo quod immensa rerum multitudine in definitos carceres coërceri respuat, & animum cupiditate ardentem non sinat consistere, sed ostensis undique varietatibus illecebris, in vagos sæpe errores nolentem volentem abripiat; Postquã tamen & *Justiniani Imp.* & succedentium deinde *Prudentum* opera, (quos inter *Joach. Hopperum* primas tenere testatur *Melch. Adami in Vita Ejus p. 223.*) intellexi, non adeo laterem lavasse eos, qui desperatum opus hoc certæ methodo includere tentarunt, fateor ita me in proposito confirmatum fuisse, ut methodum deinde, sicut in Philosophia omni, ita & in vera hac minimeque simulata *l. 1. §. 1. ff. de J. S. J.* utramque paginam facere crediderim. add. *Jo. Brandes de Vera & simulata J. C. torum Philosophia p. t.* Qua in re minus sane periculi metuendum erit, quam si vel *Phil. Glanvii* artibus, intra Semestre Spatium, vel *Thome Ælii* svasu, ludendo aleæque experiendo vicissitudines, vel nimio

*duxerit*

*cinenselas* studio, cum *Job. à Felder*, non nisi mathematica metho-  
thodo adutus, in sacro sancta Juris adyta penetrarem; vel si po-  
tius cum *Franc. Bacono Verulamio*, methodo hic omni ut inven-  
to *Scholasticorum* neglecta, in campis Jurisprudentiæ errare ma-  
gis, quam certis incedere passibus liberet. vid. *Vinc. Placcius de J-  
Cto perfecto* L. III. §. 16. p. 87. 90. Itaque aliorum Exemplis cautior,  
a generalibus Juris Naturæ & Gentium Disciplinis inchoare vo-  
lui, quo cognitis ita, quæ in communi valent honesti Justique  
Principiis, peculiare Romanæ aliarumque Rerum publicarum  
Sanctiones facilius possem subnectere. Atque hæc eadem me cau-  
sa impulit, dum aliquid publici faciendum juris erat, ut ejus po-  
tissimum generis argumentum seligerem, quod & ipsa commu-  
nissimi Juris principia attingeret, & universæ tamen Jurispruden-  
tiæ lucem non omnino nullam foeneraretur. Magna sane, nec  
abs murmure Eruditorum agitata res est, de Distinctione Juris  
Naturæ & Gentium, quibus utrumque terminis limitibusque  
in vicem discernatur; Cui proinde placuit pagellas quaspiam de-  
stinare, ut brevi discursu complecterer ea, quæ olim hodie-  
que hoc super argumento disputata, sparsim alibi leguntur, non  
qui Judex sine populi suffragio Sententiam ferrem, sed ut in re  
jam diu dubia me ipsum quodammodo erudirem. Cui Institu-  
to, ne auxiliares manus Divinum Numen subtrahat, submissis  
precibus, quanta possum pietate oro atque obtestor.

§. 2. Cum argumenti ratio priusquam ad alia proficiscamur  
exigat, ut de distinctionum indole & natura paulisper expona-  
mus, non deero necessitati, & singula quæ huc spectare videbun-  
tur, strictim percensebo. Constat vero magni rem momenti  
esse, si quis apte & convenienter norit distingvere; idque *Plato-  
nis* elogio docemur, qui non nisi excelsi putavit ingenii, officio  
hoc citra errorem defungi posse. Sæpe enim, nisi probe animo  
attendas, evenire solet, ut non in partes, sed in frustra male co-  
hærentia res dissecentur, quod in *Justiniani libris desideras Rasper-  
tus obs. in Syn. hist. Beloldi* p. m. 7. Sæpius contingit, ut quæ necra-  
tio

tio nec natura separari patitur, non aliter ac *Penibei* membra aut *Orphei* violentius dirumpantur, quod infinitis plerumque logomachis fomitem suppeditare cernimus. Sæpiissime usu venit, ut nescio quo subtilitatis amore, res in tam minutas partes diffluant, ut vel ipsa exilitate perspicacissimi cujusque cognitionem fugiant, quod de *Caramuelis*, aliorumque Scholasticorum Distinctionibus vulgo judicium fertur. Nec rarius tam maneræ mutilæque divisiones prodeunt, quas mireris aliquamdiu se sustinere posse, cum utroque pede claudicent, & necessariis ad consistendum membris plane destituantur. *vid. Noldius tract. de LL. distinctionum* passim. Quæ quidem omnia sicuti alias, ita non minus quæ præsentem Juris Naturæ, & Gentium Distinctionem cum studio observare operæ pretium erit, quo certius de ea judicium facere queamus.

§. 3. Ac primo monendus es, L. B. ne Tibi forte partitionem hic offerri autumes, cujus officium in mentali quadam *άνατομή* totius in partes consistit, totoque à Distinctione cælo abest, ex mentesumimorum Virorum, *Ciceronis in top. Quintiliani in Inst. orat. L. 7. Scaligeri de Plantis L. 1. Jani Cæcilii Frey in Via ad Scientias Regia. p. 68.* Quamquam eosdem terminos non raro promiscue usurpari solitos ostendat *Rud. Agricola de Inventione L. 1. c. 9.* Quod tamen, ne hic fiat Jctorum regula prohibemur, *commodius esse* (dicentium) *singulas res, singulis appellationibus distingui. l. 5. §. ult. J. quibus modis testamenta infirmantur.* Quis enim tam emortæ mentis erit, ut Gentium & Naturæ Jura, unius cujusdam disciplinæ partes nominet, ad eum modum quo jam olim Ethicam, Politicam & Oeconomicam, integræ cujusdam morum disciplinæ partes crediderunt *Jason de Nores peccul. Tract. 5 Jac. Thomasius in Philos. Pract. Tab. 1.* nisi qui cum *Simonio & Antonio Picoque Mirandulano* eruditionem omnem universalem quandam disciplinam esse statueret, quos tamen *Jac. Schægkius in Anti Simonio C. 1.* jam dudum refutavit. Non tamen deerunt qui distributionis vocem magis appositam dicent quam

distinctionis, eo quod in nativo sensu, hæc solum nominis divi-  
 sionem in varia significata denotet docente *Georg. Trapesantio*,  
 illa vero rem ipsam habeat in objectis, eamque in species aut  
 (quod *Cicero in Top.* melius latinissime existimat) in modos di-  
 scernat, veluti contra *Fonjecam L. 4. Inst. Dial. c. 2. § 7. & Kecher-*  
*mannum Syst. Log. L. 1. Sect. 2. c. 1. Scheiblerus Op. Log. P. II. p. 44.*  
 observat. Quibus vel unicum hoc opposuisse sufficiat, distincti-  
 onis vocem communi Philosophantium stylo introductam, non  
 solum distributionis aut divisionis termino æqui pollere, verum  
 & tam late patentem esse, ut plerumque utriusque vim in se com-  
 prehendat. Sunt vero distinctiones exempli non unius, sed di-  
 versissimis inter se modis discernuntur. Ita aliz rerum diversita-  
 tem pro fundamento habent, aliz in ratione tantum acquiescunt,  
 unde illæ Realium hæc Rationalium aut Nominalium nomen in-  
 venire; rursus alias Philosophorum filii Homonymorū, alias Syn-  
 onymorum faciunt, quarū illas æquivoci in æquivocata, hanc ge-  
 neris in species, aut Speciei in Individua divisionem continere  
 tradunt. Oritur ex singulis nova quæstio, cui nempe parti nostra  
 hæc annumeranda veniat, realibus, an rationis? Homonymicis  
 an Synonymicis? de quibus tamen cum infra melior dicendi lo-  
 cus sit, iudicium nostrum usque eo differre liceat.

§. 4. Viso jam distinctionis termino, ad juris Naturæ & Gen-  
 tium voces devolvimur. Ubi satis mirari nequeo, antiquos Iuris  
 interpretes tam diversimode iisdem usos esse, ut sæpe nescias  
 quod sibi ac quale Naturæ Gentiumque jus in animo fuerint com-  
 menti. De priori si *Grotium Juniolem* audire placet in *Comp. J.*  
*N. p. 15.* Septem præcipue modis usurpatum legitur, (1) pro eo cui  
 Naturæ prohibendo non repugnat, quem modum alii redu-  
 m cum *H. Grotio de Jure B. & p. L. 1. c. 1. n. 9.* alii Negativum  
*Jctis* appellant. (2) pro eo, quod si non ipsa re honestum, sed  
 honestius meliusque est, turpi illo cui opponitur, quem ab-  
 significandi modum nuncupat idem *Grotius*, & arg. *L. 4.*  
*liam* confirmat, minus circumspicte tamen, cum  
 desce-

defensio sui etiam cum eade in vaforis conjuncta, in tantum Juris naturalis sit, ut ne statuto aut conventionem tolli, & qui eandem negligit, *αὐτόχμη* ὅστω inftar damnari queat. *Berlich. P. IV. Concl. 12. n. 9. 10. 11. 13.* quod tamen B. Zieglerus accurate limitat, & ex permissivo magis quam præceptivo Jure depromi jubet; unde tamen non sequitur, eandem ideo abusive ad jus Naturæ pertinere, in *Grot. L. 1. C. III. p. 115. (3)* pro eo quod Jure quidem conscientiz illicitum est, jure Gentium tamen impune fieri solet, quorsum *l. 16. §. 4. ff. de minor. 25 annis*, sed meo arbitrato iterum in consideratius reducit, vid. *Dion. Gothof. ad b. l. 1. §. Bernb. Scotanus Exam. Jur. adff. P. 1. Tit. 1. p. 41. (4.)* pro ipsa juris Civilis subtilitate & apicibus, cujus exemplum *lex. 7. ff. de R. 3.* præbet, qua testatum & intestatum in paganis decedere naturaliter invicem pugnare dicitur: (5) pro eo quod *ἀπλῶς* est in statu hominum & natura, qui sensus in tantum vulgo familiaris est, ut parum absit quin plerasque hujus juris controversias, præsertim, quas *Hobbesius L. de Civive & Leviatane*, *Spinoza Tr. Theol. Polit.* *Chauvinus de Religione natural.* aliique Naturalistarum vel Principes vel Sectatores foverunt, ex unico hoc fonte derivem. vid. *Ziegl. in Grot. p. 76. & P. Poi-ret. Cog. Ration. p. 489. (6)* pro eo quod ex Hypothesi & indirecte naturæ legibus repugnat, quale quid in furto spectari posse autumat, quod etiam *l. 42. ff. de V. S. l. 14. ff. de conditione in debiti & l. 1. §. 3. ff. de furtis*, *Juri Natura inimicum dicunt, dissentiente licet Alci-at. L. 1. Disp. C. 10.* vitam *l. 5. ff. de jure & justitia*, quam auctoritati *Ciceronis Orat. 3. Ver. & Gellii noct. Att. L. II. c. 18.* innicitur. Ubitamen denuo notandum, non omnes qua exemplum hoc *Grotio* assentiri, sed plerosque negata communione primæva, contra *Hobbesium de Civive L. 1. c. 1. §. 10. Grotium in J. B. & P. passim & de mari libero C. V. & Pasendorsum in Op. I. N. & G. rerum Dominia ac possessiones ex ipso Naturali Jure depromere*, contra dicente tamen pariter *Wiffenb. in π Disp. 1. §. 9.* dum vel occupationem, vel nudam detentionem, cum *Dion. Gothofredo in L. 1. §. 3. ff. de furtis*, vel potius unacum detentione hæreditatem cum *Ziegler*



*Grotium p. 217. 218. Et Rabelio in Officia Cic. L. 1. p. 64.* primum legitimumque naturalis acquisitionis medium esse evincunt. (7) pro eo quod in se bonum malumque est, citra determinationem ullius voluntatis humanae, quem sensum ad juris naturae indolem imprimis quadrare, nemo opinor negabit. At enim vero descriptae significationes non sufficiunt, sed plures longe observantibus *Juris* insuper accedunt, quibus in jure nostro haud raro locum esse ostendunt. Ita sumi illud, vel pro cognatione naturali §. 2. l. de adopt. §. fin. *J. de legit. agnat. tut.* vel pro natura §. 1. *J. de R. D.* vel pro jure succedendi in bonis paternis l. 4. l. 7. §. 1. ff. unde lib. vel pro convenientia cum Iure Nat. §. un. *J. de Atti. su.* §. 41. *J. de R. D.* vel pro aequitate. l. 5. C. de Bonis quae lib. vel pro conditione ac statu hominum primaevo §. 2. *J. de J. N. G. & C. pr. J. de libert. l. 64. ff. de condit. in debit. l. 32. ff. de R. J.* vel pro Iure Gentium l. 11, 41. *J. de R. D.* refert *Schwendendoerffer ad Eckoldum in π. L. 1. Tit. 1.* Sumi itidem naturae Ius, pro inveterata consuetudine, ostendit *Mevius in Prodr. Insp. 2. n. 8.* eoque dum allegatam ante l. 16. §. 4. ff. *d. minor. reducit* rectius mihi rationes iniisse videtur *Grotio*, qui ad illicita in foro conscientiae eandem trahere ausus est.

§. 5. Ne vero quis arbitretur, his omnem aequi vocatorum numerum absolvi, sciendum, extra cancellos Iuris plures etiam reperiri. Sic videas appellatione hac alios solam naturalem Religionem indigitare, ut *H. G. Masius de interesse Principum cap. 1. p. 13.* alios eadem ipsam naturam rationalem, aut omnem rationis humanae vim complecti, cum *Vasquezio L. 2. disp. 11. cap. 3. cui Zieglerus in Grot. p. 11.* jam dudum satisfecit. Alios denique naturae jus vel ipsis Christianae vitae officiis aequi parare cum *Osiandro & Iegero Tubingensibus in typo J. N. & Traët. de legibus nec non Job. Lud. Praesb. cf. Placcius de meth. moralis Philosoph. &c.* Et nisi me fallunt omnia, huc etiam *Gratianus & Isidorus* pertinent, quorum ille in *Decr. Distinct. 1. §. humanum*, jus naturae idem esse cum praeceptis, quae lege & evangelio continentur docet, hic re-

ro L. 5. Etymol. 2. vicissim leges Divinas omnes natura constare inquit ; qva de re & an Decalogus per omnia cum jure naturæ conveniat, vid. *H. Grotius in proleg. §. 15. & L. l. c. 2. §. 5. n. 2. Osiander in Grot. obs. 12. p. 104. B. D. Alberti in compend. I. N. Ortobodoxo, Gv. Grotius Comp. I. N. L. l. c. 5. n. 7. p. 59. & Hugo de Roy de eo quod justum est L. l. tit. 3. n. 5.* Quorsum nescio an respexerit *Thomasius in Iuris pr. divina*, quando Naturæ Jus in Innatum & positivum tribuit.

§. 6. Quæ hætenus de Jure Naturali observavimus, eadem ferme de Jure Gentium dicenda essent, nisi pagellarum angustia, arctiores hic nobis limites præscriberet. Sciendum tamen est illud vel late accipi, pro omnibus quibus in communi genus humanum utitur Juribus, vel stricte & proprie pro solo Jure Gentium usurpari, quin & à nonnullis à Juribus Naturæ penitus excludi, cf. *Eckold & incum Schvwendendorffer in π. L. l. Tit. 1. ab aliis vero in tantum pro peculiari humano Jure haberi, ut integrum ejus codicem, ex variis populorum monumentis conquisitum cum G. Gv. Leibnuzio edendum curaverint. Qua dere explicatius postea dicendum erit. jun. interim Rachelius proleg. in Cic. off. §. 16, 24, 27, 32. & Puffendorff. I. N. & G. L. 2. c. 3. §. 7. 8. 9. usque 23.*

§. 7. Sed ut ad priora redeam, supersedeo reliquas, quibus Naturæ Gentiumque Jus obnoxium fuit, significationes attingere, ne in infinitum labor excrescat, alii argumento destinatus. Quo tamen evidentius de instituto nostro constet, illud præcætaris notari velim, distinctionem Iuris naturæ & Gentium duplici imprimis sensui expositam esse, pro duplici nempe modo ac descriptione, quo vel a Ictis, vel a Practicis Sapientibus adhiberi solet ac delineari. Itaque confusionis avertendæ ergo, in binas Considerationem nostram partes discernimus, quarum altera Distinctionem hanc ex mente *ICtorum*, altera ex *Moralistarum* mente enucleabit. De Priori, ut inde ordiamur, cum primam nascendi occasionem ex vulgata Descriptione coeperit, qua primo *Uspi-*

B

ANNA

*anus l. 1. §. 3. 4. ff. d. 1. §. 1.* (quod tamen *Triboniano* potius asse-  
 rit *Rachelius de I. N. & G. Dist. 1. §. 2.*) ac deinde *Iustinianus l. 1. Id.*  
*I. N. G. & C.* utrumque hoc Ius delinearunt, astipulantibus ex Pa-  
 tribus *Ambrosio L. V. Hexaem. C. 3. Hieronymo Ep. ad Ephes. L. Ill. §.*  
*& Lactantio de Ira Dei C. 7. Scholasticis etiam & maximalium* *Crorum*  
*frequentia,* (quos ex parte colleg. *Arthurus Duck de Autor. l. v.*  
*Civ. L. I. C. 2. n. 6. & Bernb. Sutboldus Diff. I. t. b. 18.*) non alienum  
 erit, illas hic breviter sub examen vocare. Appellant illi *Naturale*  
*Ius,* quod natura omnia animalia docuit; *Gentium vero,* quo  
 gentes humanae naturali ratione inductae utuntur. Et fatendum  
 sane de *Sensu Descriptionum harum nativo,* non aliter quam su-  
 per pomo *Eridos, Theologos inter ICtos & Philosophos* certatum  
 fuisse *Taceo* in presencilla, qui *Regulas hic Logicorum* deide-  
 rant, quos vel unicum *Hug. Grotii* effatum redarguit, in *Florant*  
*Spars. ad Ius Iustin.* dicentis: *ICtorum definitiones tales sunt, ut rem*  
*non male exprimant, licet non sint exactae ad Dialecticorum subti-*  
*litates.* Cui quoniam ob stare videatur *L. 202. ff. de R. l.* in qua  
*Javolenus & periculosas definitiones nuncupat, & parum a subver-*  
*sione distantes, praesertim cum & Alciatus L. 6. Parad. Cap. penult.*  
*eam ad definitiones trahat; Sunt tamen alii, qui Regulas hic Iuris*  
*intelligunt, ut Cujacius L. 1. b. Tit. Mercerius opinion. C. II. C. 16. Pi-*  
*nellus ad C. de Resind. Vendit. & Matthai ad b. l.* quibus ego facile  
 accesserim, nisi me unica haec conjectura retineret, quod *singula*  
*citatae legis verba de sententia potius definitivis quam conven-*  
*ientissime accipiantur.* Verum id jam non agimus ut *singulis Iuris*  
*Definitionibus sua servetur dignitas;* quos enim *argumentum no-*  
*strum limites agnoscit, vix videntur permitturi, ut ad alias quam*  
*Gentium & Naturae Juris Definitiones evagemur.* Harum ita-  
 que mentem quo expiscemur, monendum illud erit, *diversos*  
*hic diversorum Autorum conatus reperiri, aliis non nisi proprium*  
*& verbis inhaerentem sensum admittentibus, aliis autem adhibi-*  
*tis rationum fiduculis, verba eo trahentibus, ut jam inusitati quid,*  
*jam metaphorici, jam metonymici aut synecdochici extorque-*

ant. *Qui cum prioribus faciunt, illuc necessitatis imperio rediere, ut cum potissima litigii sedes in Juris naturæ descriptione sita sit, illam vel penitus rejecerint cum Laur. Valla L. Eleg. IV. c. 48. Jo. Corasio Misc. Jur. Civ. (ubi & contrariæ opinioni, quam in T. 2. de Jure civili in artem redigendo defenderat, ingenue renunciavit) Rud. denique Agricola & Jo. Bodino in Distr. Jur. Univ. vid. Rittersbusius ad J. b. T. vel insertis ubique limitationibus inavario  $\Phi$ aveías quomodocunqve conciliarint, vel tandem in subsidium definitionis hujus, & brutis Naturale Jus competere affirmarint. Fecissa hoc ut  $\Upsilon$ σάρον πρώτερον committam, jam olim Athenienses, Thasios &c. ex Demosthene Pausania & Suida ost. Seldenus d. J. N. L. l. f. 66. Idemqve in praxi gentibus nonnullis observari ref. Webnerus Epist. 403. ad Melch. Goldastum & Steph. Baluzius in Capitul. Regum Francorum. Quibus accedunt ejusdem assertores strenui, Mastertius de Justit. Leg. Rom. l. 1. dub. 7. Ungebauer Exerc. Justin. 2. qv. 1. Jo. Ang. Werdenbagen de Rebusp. Hansæat. Tr. Gen. p. 183. Mich. de Luna & Avellano de Jur. rat. l. 1. c. 4. & Ledererus Diss. de Jure Bestiali, parum abludente Socino, qui l. de statu prim. hom. C. 6. commun. punctum idem ex variis scripturalocis amplissime luetur. Quorum spectant Gen. IX. 5. Lev. XII. 15. 16. & C. XVIII. 23. Exod. XXI. v. 28. de quibus præter Commentatores, Arnoldus Luce in Tenebris & S. Rachelius prol. ad Off. Cic. §. 10. 11. 12. consulantur. Etsi vero contra hos partim defectus rationis, partim injuriarum incapacitas activa & passiva sæpe urgeri cœperit, nunquam tamen ipsos defecit responsio, quæ utrumqve hoc elidæ posse censuerunt. Sic quantum ad rationem eam nonnulli cum Pythagorico, Porphyrio, Chrysippo, Apollonio apud Philostratum l. 5. add. Huetius Dem. Ev. p. 982. & Montacutio vel omnino brutis vindicant, vid. Digheus de immortalitate anime Lib. 2. vel cum Plutarcho, Galeno, Lactantio, Rorario, Sobnero, Gu. Arverno Paris. Episcopo & Crollio l. de Signat. ver. &c. si non universam, Practicam tamen & Factivam assignare voluerunt, vid. Job. Andr. Schmidt de Logica & Geometria brutorum. Alii vero sagaciores, cum in ratione brutorum parum patrocini deprehenderent, consultius putarunt penitus negare. rationem adeo ad jus necessariam esse, ut absentia illius hujus quoque absentiam includeret. Exponit eorum mentem Schvwendendoerffer ad Eckold. l. l. tit. 1. p. 17. & primipilus ipsorum Hugo de Roy de eo quod justum &c. l. 1. tit. 2. non una exceptione suffultam; quibus tamen respondendo, cum nihil reliqui fecerint Sam. Rachelius de J. N. & G. Diss. 1. §. 39. seq. & Excellentissim. Roebrensee in Phil. mor. P. III. c. 2. §. 32, 33, 34, 35. satius est eo Lectorem B. delegare. De altera ex incapacitate injuriarum profuente, non minus ingeniosa sunt ipsorum argumen-*

ta, dum interprete *Hilligero ad Donellum ad ff. l. c. 6.* distinguunt inter injuriam quæ fit contra jus & actum qui non jure fit *arg. l. 1. §. 2. J. de Imp.* Verum cum distinctio hæc partim scopum non feriat, partim sibi met ipsi obloquatur. nihil decessurum arbitror veritati, si sicco illam pede hic transfiliamus. vid. interim *Hornius de subjecto J. N. p. 4.*

§. 8. Propius ad veritatem accedunt illi, qui descriptiones laudatas ex sensu magis quam verbis æstimant; probe gnari, antiquos Juris interpretes, rerum magis quam verborum curam habuisse, judicante *Rel. Marefo L. 1. ep. 40. & Oldendorp. ad J. b. T. per L. penult. ff. ad exhibit. nam,* qui tamen rursus cum diversas rationes sequantur, una hic fidelis de alibi non poterunt. Sunt igitur, qui Naturæ jus ad bruta quidem extendunt, non veronisi ἀναλογικόν & abusive sic dictum, ut *H. Grotius de J. B. & P. L. 1. c. 1. §. 11. & Gu. Grotius L. cit.* cum accuratissimis *Jctorum Zerb. ad L. 1. §. 1. ff. de J. & J. Frantzio & aliis, apud Sernvium Synagm. J. C. Ep. 1. L. 1. tit. 1. §. 50.* Quæmadmodum enim, inquirunt, quo excellentius homo intelligit Analogiam habet cum Deo, ita quo excellentius animal sentit, Analogiam habet cum homine & Juris & rationis humanæ, occente *Sibmanno ad J. de J. N. & G.* Sunt alii, qui novum definitioni huic colorem quærentes, jus Naturale omnino illud esse dicitant, quod Natura cuilibet animanti in suo genere indidit, ita ut non idem omnibus, sed cuilibet pro indole naturæ suæ, suum jus inesse dicatur. Ita & volatilibus & aquatilibus & terrestribus justis honestique instinctum implantatum esse, ex quibus si collective universale quoddam naturæ jus extruamus, habituros nos esse fontem laudatæ definitionis; fallor an ea mens *Franc. Commeno fuerit? Com. L. 1. c. 4. n. 7.* Sunt etiam qui excogitatis subinde distinctionibus ruinosam descriptionem hanc suffulcire audent, & cum *H. de Roy L. cit.* Jus in *Jctorum* seu animale, & *Moralistarum* seu rationale direrunt, de quo vid. *Rachelius de J. N. & G. Diss. 1. §. 39. sequ.* & *Excellenti. D. Rochrensee L. cit. P. III. c. 1. §. 32.* Cui gemina jam olim docuit *Rel. Maranta in Praxi aurea P. IV. n. 2.* ubi novem jurium ab orbe condito ad nostra usque tempora introductorum meminit, quæ inter duplex Naturæ jus commu ne alterum & animale, alterum rationis principem locum tenetur. Ejusdem farinae illa est, quam *Fortunius Garcias J. C. Hisp.* appropinquante multum Hugone protulit, inter jus naturæ gubernans & gubernatum, quorum illud hominibus hoc brutis assignat, vid. *Rachelius & Rochrensee L. cit. Nec alii* instituto inservit vulgaris illa, inter primarium Naturæ Jus & secundarium divisio, si *H. de Roy L. cit.* fides habenda est, quam

proinde plurimi absurditatis postulant, cum Rachelio L. c. §. 39. alii vero ubique inculcant & sine periculo retineri posse arbitrantur. Cujus rei conciliandæ ergo Excellentiss. D. Roehrensee L. cit. §. 36. sapienter monet, non eodem ab omnibus sensu Distinctionem hanc accipi, sed jam primum ad solam naturam trahi, & omnibus communicari animantibus, secundarium vero ad Naturam cum ratione conjunctam referri, solisque hominibus proprium addici; Quo quidem sensu merito in explosis habendum est; jam autem rursus primum pro primis capi principiis, natura omnino cognitis, etsi id Chauvinus de Relig. nat. P. III. c. 2. & Rachelius omnino negent L. cit. & secundarium pro consequentiis in de ratiocinando deductis haberi, quod Ritter sibi suffo leff. sac. L. 2. c. 1. & Zieglero ad Gros. L. 1. c. 1. §. 10. aliisque cordatioribus placet. Et hac ratione si illam accipias, nihil ubique est quod reprehensionem aut obolum mereatur. Affinis huic si non crassior est distinctio juris naturæ in commune & singulare, quæ sibi tantopere eruditi quidam placeant, ut sæpius in defendenda ea toti fuerint. vid. Schvendenius ad Eckold in ff. b. T. p. 15. cum tamen observ. Grotio de J. B. P. & L. I. C. 1. n. 11. & Hahnio ad Wesenbec. b. T. n. 14. ad juris hujus naturam nihil referat, num actus ejusdem nobis solum sint proprii, an alius cum animantibus communes?

§. 9. Cæterum subtiliora sunt, quæ pro explicanda definitione hæc excogitavit Ant. Merenda L. 2. controu. c. 1. n. 12, 13, 14. ipsa tamen comparata, ut mentem tum Ulpiani tum Justiniani minime attingant. Quod idem dicendum de spinosis Theologorum Scholasticorum distinctionibus, quibus in 1. secunda qp. 10. art. 2. & 2. secundæ qp. 57. art. 3. eandem stabilire conantur, vid. Zieglerus in Gros. L. 1. c. 1. §. 11. Ut vero reliquos sensu suo facile abundare patior, ita mihi nemo accuratius rem tetigisse videtur ipsomet B. Zieglero L. cit. qui ne quid injustius & præter meritum JCtis tribuatur monens, fateri inquit ipsos, definitionem hanc non essentialem esse à causis internis, sed accidentalem tantum à causis efficiente potissimum, tum & objecti extensione petitam, ut indicetur etiam cætera animantia istius juris (non perita quidem esse, sed) peritæ senseri, h. e. non regi & gubernari, ut Ferrando L. 1. Explicat. c. 3. placet, nec numerari ut censet Corasius & Gothofredus ad ff. b. T. Sed æstimari & admirationi esse, ut Budæus & Zieglerus exponunt. Quæ, si licet lacinias quasdam attexere, & si alias ex Academia Platonis deriverit Thomajus Bras. de jure Bestialium Hobbius, aut ex Aristotelis Schola Puffendorffius de J. N. & J. L. 2. c. 3. me tamen judice salvis interim illorum assertis, propius ex domesticorum consuetudine accessi debent, quæ illi in re-

bus definiendis terminis quidem abstractivè positis utuntur, eos tamen non nisi in concreto intellectos cupiunt, sive ut Philosophicè loquamur, excluso omni conceptu formali, conceptum saltim subjectivum & objectivum admittunt. Ita Ex. loco, Servitutem per constitutionem *L. 1. de Jure Pers. Legatum per donationem l. 1. §. de Legatis* definiunt, cum potius per Constitutum, & rem donatam in Concreto definire debuissent. Simili ratione Justitiam in Juris nostri pr. non spectari in eodem Signato, quod Philosophiæ munus est, sed in exercito monet *Sabinus ad §. 1. §. de J. & J.* sive quod eodem recidit non abstractivè sed concretivè usurpari, quatenus sc. actionibus ipsis inhæret ejusve intuitu actiones justæ pronunciantur. Idem in vocabulo Juris obtinere restis est *L. 1. ff. de R. J.* cujus verba: Non ex Regula Jus, sed ex Jure quod est regula sumatur, dubio procul de Actionibus justis, tanquam exemplis regularum juris capi debent, quippe quæ & exceptionem inferre regulis, si discrepant inter se, & stabilire easdem possunt, si belle conspirant, quo pertinere videtur clausula: Regula simul in aliquo viciata est, perdit officium suum. Quod si itaque idem in definitione hac admittamus, *περὸς ὅμωνα* patebit, Jctos per Naturæ jus non denotare Legem naturæ, multo minus illam ad Bruta extendere, & duplex quasi naturæ Jus, (quod *Maranta & Royus* volunt,) producere, sed more sibi solenni per illud actiones indicare, non ex legum arbitrio sed naturæ impulsu bonas; quas si quidem in brutis cernimus ad juris & virtutum similitudinem accedere, cum nec injustas dicere queamus, nec indifferentes (alioquin enim nihil in bonis Brutorum malisve actionibus discriminis erit) multo minus vero justas civiliter aut moraliter, quid reliquum erit, quam ut easdem naturaliter justas appellemus?

§. 10. Utrum vero acceptio ista propria dici possit an impropria genuina an abusiva, dignum videtur penitius indagare, cum huc potissimum omnes saniorum responsiones colliment, ut à Jctis Naturæ jus improprie definitum esse fateantur. Quia in re, etsi ipsis ratio forte non defuit, nobis interim vero visum est simillimum, acceptionem hanc si ex animo Jctorum æstimes, nec impropriam esse nec abusivam, partim quod terminis suis hunc significandi modum Jcti vulgo tribuunt, partim quod ipsa Juris Naturæ vox in nativo sensu nihil aliud involvat obf. *Lud. Molina T. 1. de J. & J. Disp. 3. n. 2.* pariter atque obligatio Naturalis oritur a natura Objecti, & sese diffundit in Præceptum. Sin vero illam ex Philosophantium judicio intuearis, impropriam quidem dici posse largiar, abusivam vero vocari, non nisi per injuriam posse affirmari.

Qvo

**Q**uo etiam redit exquisitissimum *Siravii* Decretum hac super lite inter-  
 positum in *Synagm.* P. III. L. I. Tit. 1. *Quæst.* 49. Ubi postquam negavit  
 in Philosophico sensu Jus naturæ Brutis proprie competere, deinceps o-  
 stendit Ulpianeam quoque significationem, quæ Jus sive Jussum naturæ  
 brutis etiam quæ actiones naturales tribuit, tum *Stoica* tum *Aristotelica*  
 Philosophiæ convenire, idque non *Ciceronis* modo sed & *Aristotelis ipsius*,  
*Malquitiæ de vera Juris Philosophia*, *Rorarii* & *Scotii* calculis con-  
 firmat p. 9. 10. Nihil dissentit *Scotanus* in *Exam. Jurid.* P. I. p. 19. dum Ju-  
 ris naturalis Principia brutis etiam convenire, leges autem solis homi-  
 nibus competere affirmat. Atque ex his in promptu erit colligere, quid  
 jam de Distinctione Juris naturæ & Gentium ex *Jurorum* sententia ha-  
 bendum sit, illam nempe nec homonymicam esse aut metaphoricam,  
 quod *Commentatores* in *Thomam* sensisse ref. *Zieglerus* ad *Grot.* L. I. c. 1. nec  
 absurdam penitus & frustraneam, quod *Laur.* sibi *Vallam*, *Rud. Agrico-*  
*lam* & *Jo. Bodinum* voluisse supra monuimus, sed Synonymicam gene-  
 ris in Species, quæ actiones justas omnes ad duas Juris species revocat,  
 ita ut quæ soli naturæ debentur ad Jus naturæ, quæ præter naturam & ra-  
 tionem agnoscunt, ad Gentium Jus reducat.

§. 11. Interim, etsi distinctio hæc sic sana satis & proba videri po-  
 terat, multa tamen adhuc supersunt e medio tollenda, quæ & ipsi & *Gen-*  
 sui ejus jam explicato è diametro repugnant; veluti primo Leges illæ, in  
 quibus Gentium & Naturæ Jus vel plane consulum, vel indifferenter &  
 promiscue usurpatum reperitur, ut: l. 1. §. 1. & 2. *J. de R. D. l. 9. l. 11. ff.*  
*de l. & l. ult. pr. l. 14. §. 2. ff. de vit. nupt. l. 31. ff. de depos. l. 19. pr. ff. de*  
*captiv. & postlim. l. 84. d. R. I.* At enim quas superius amphibolias attu-  
 limus, evidenti indicio commonstrant, de alia prorsus significatione le-  
 ges istas agere, Distinctionemque nostram tantum abesse ut evertant, ut  
 nedum tangere videantur. Magis tamen contrariantur illi, qui cum *Cajo*  
*l. 9. ff. de l. & l. & Cujacio* Jus omne in Gentium & Civile dirimunt, adsti-  
 pulante *Valla loc. cit.* qui in super *Ciceronem* in partes suas trahere satagit,  
 multum ideo indignante *Royo*, qui vanitatem asserti hujus ex solo *Officio-*  
*rum Libro* abunde patefecit, quem *Librum Casuistam suam* & *Evangelii-*  
*um Juris Naturæ* *Faber* & *D. des Hayes* dixerunt, vid. *Ephem. Gall. T. I.*  
*Eph. XII. p. 128.* Sed ut dicam quod sentio, lusus est interminis, re ipsa in-  
 terim ne tantillum discrepante. Scilicet alia *Ulpiani*, alia *Caji* & *Cujacii*  
 mens fuit, illo omnes actiones humanas æque & Brutorum, hoc non  
 nisi humanas respiciente; unde non poterat non illi quam his alia longe  
 distinctio Jurium communium oriri. Repugnat tertio *Grotius* de *I. B. &*  
P. L.



P. L. J. C. 1. §. 11. qui totam distinctionem hanc eo quem diximus sensu acceptam, inanem & inutilem censet Præterquam vero quod Civitatum Justarum latifundia aliter complecti nequiverit, alias quoque hujus rei commoditates aperit. *B. Zieglerus in Notis. l. cit.* quorsum interea Lectorem B. remittere licebit.

§. 12. Dixi de Bonitate divisionis hujus, in quantum ea ICtis approbari potest, nunc & de eo pauca adjiciam, quod nec Philosophi quicquam hic inventuri sunt, dignum & reprehensione & aciori ipsorum censura. Quam laudem cum ipsi ambigam fecerit *Sam. Rachelius de I. N. & G. Diff. I. §. 1.* operæ pretium existimo eundem hic disserentem audire. Nempe (inquit) se juxta præceptum Dialecticorum talem præterere divisionem quæ fiat in partes immediatas doc. *Aristotele L. 11. Post. Anal. 1. 12.* Unde & divisionem in proxima resolvi debere membra, neque saltus ut ajunt in eâ esse faciendos. Juxta has itaque regulas, si Ulpiani divisio examinetur, negat eam censuræ huic philosophicæ responsuram esse. Ulpianum enim jus absolute sibi non habuisse propositum, ut illud seu genus universum in species suas tribueret, sed loqui eum speciatim de jure Romano, dicereque illud collectum esse ex præceptis naturalibus, Gentium & civilibus. Idem hic urssile *Agricolam* memorat *Paulus Rufinus ad §. l. 11.* Quod enim pars tantulum Virorum dixerim, aliud mihi videtur Jus romanum ex præceptis natural. &c. colligere, aliud Idem in Jus naturale Gentium & Civile dispescere; de priori Ulpianum loqui quin omnes fateri oporteat, nullum ubique dubium est; de posteriori autem, & Justiniani Ulpianiq; Intentio, & tota Textus cohesio, quæ ante omnia consulimur, *L. 10. ff. de LL.* in aliâ omnia abire iubet. Quomodo enim Romanum Jus quod ultimo tandem Loco delineatur, & in species dividitur & partes, in lumine statim instar generis intueri poterunt? Ut mihi potius videantur, actiones cujuscunq; generis ob oculos habuisse, easq; ad tria hæc Juris genera revocare voluisse. Svadent idem Exempla, quæ Justinianus, & ac Ulpianus descriptionibus suis subiecit rursus; *Maris & feminae coniunctio, Liberos procreatio & educatio;* quibus infinita alia ut appetitus ad debitum finem perveniend; *ex De inimico a Soto L. 1. de I. §. 1. q. 111. Art. 2* apprehensio rerumq; discretio *ex D. Thomæ q. 57 Tit. III. Sid. Bernh. Suthold. Diff. 1. n. 18.* mutuum per divitas operas autium, detentio sui ipsius, respublicæ apium, & longe plura adijci possent, si locus & chartæ angustia pateretur. Sufficit nobis ad Scopum nostrum, hinc affatim apparere, ad aliud in animo Ulpiano fuisse, quam actiones omnis generis iustas, jû hanc præteritâ distinctione proponeret ac delinearet. Quo pacto concidit omne illud, quod: neque *Rach.* vel alius quilibet contra philosophicam eius *axiõm*, *Beza* unquam motus ausus est. Cæterum absoluta iam priori parte, ad *Moralisf.* sententiam ordine deducemur, quam vero. cum & altioris sit indaginis, & digna quæ rectus animo digestur, nec spatium imp:rensens plura disserendi suppetat, exorta B. Lectoris re-  
tia ad subsequentem usque dialeptin suspendemus,

S. D. G.